Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8491
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



De mollificatione dentium

De corrosione dentium

vituli vel capre combustorum. Item
Rx balaus. gallarum rasis suarum
pro eos corticum granatorum ana ʒ ij
mirre aluminis ana ʒ j fiat ex eis
linimentum super gingivas cum aqua ro-
vel vino pontico. Abluatur
os cum aceto in quo decocte sunt
res eedem. Canon:
Omnis volens conservare den-
tes sanos caveat a masti-
catione rerum durarum vel visco-
sarum vel calidorum vel frigidorum
dura namque dislocant. Sed
viscosa adherent et putrefaciunt
sed calida resolvunt spiritum vitalem
et laxant ligamenta dentium. Sed
frigida mortificant calidum naturale
quod in eis est et nervos debilitat.
Item studeat omni die mundi-
ficare os a sorde et rebus in ia-
centibus post cibum cum ligno
vel ferro vel sepia. Item ab-
stergat eos semel in ebdomada
cum tartaro vini albo boni trito
et cribellato ut alchool fricando
eos cum eodem pulvere et
post fricationem abluando cum vino
albo claro vel rubeo. Stipticus dicit
preterea. Aristoteles 4° de generatione
alium capitulo de dentibus quod dentes
alium dicunt ab omni altero genere
ossium in iiij or conditionibus. Prima
quarum est quod sensum habent tactus
quo cetera penitus sunt privata.
Secunda vero quod non conascunt
a principio generationis sed post partum
tertia quod permutantur. Nam

quia a principio nascuntur molles sunt
quare ipsos natura permutat in ho-
minibus annis xiiij vel circa id
sed in equos autem annis iiij tantum so-
lidos procreando. Quarta vero quod
crescunt omni tempore vite aliis
secundum longitudinem in aliis os-
sibus non contingit post stratum per-
fectum apud tergesimum annum vel
circa illud. Pronosti-
catio. Dentes si ceciderint
ante xiiij annum renascuntur post
nunc. Capitulum Tertium
Corrosio dentium
et gingivarum
fit ex materia putrefacta
marcida penetran-
te in substantiam dentis et gingivarum
que alterat eorum complexionem
et eius compositionem sicut lutum alterat
complexionem ligni et incinerat eius
compositionem cum cinis sit terminus
putrefactionis ultimate. Ut dicit
Quarto metharorum fit etiam corrosio
quandoque propter vermes natos in eis
ex materia putrefacta sed signa et
tura earum iam dixi capitulo
de dolore dentium. Signa corro-
sionis dentium ex humore
sunt contaminatio ipsarum patens
ad sensum et fetor quare cibus in con-
tamine illa quandoque retinetur. Signa
autem corrosionis gingivarum sunt
sputum sanguinolentum et cum as-
picitur in os apparent gingive in
marcide corrose livide cum feto-
re plurimo. Methadius.
Succus cedonie positus in dente do-
lente et perforato mortificat eum et
eradicat in paucis diebus. Gummi
olivarum facit idem. Cave tamen ne tangantur
alii dentes etc.

91